



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Antonii Milliei, Lvgdvnensis, E Societate Iesv, Moyses
Viator**

Millieu, Antoine

Lugduni, 1636

X. Theophania Posteriorum Dei, in mysterio incarnandi Verbi Mosy in
spelunca ostenso.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69066)



LIBER DECIMVS,

THEOPHANEIA,
ET OSTENSA IN
MONTE MOYSI POSTE-
riora Dei. Exod. 34.

Qui me alipedes rapiant in turbine venti?
Euectoque super Sinaea cacumina monstrent,
Spelunca umbrosos sancta inter saxa recessus?
Mèque specu Deus accipiat; Deus ipsèque dextrâ
Protegat, ac lucem immensam mihi temperet umbrâ,
Et cœlo cum Vate fruar! quis enim audeat intra
Augustos inferre pedem, sine Numine, topbos,
Quos adeunt sola sponso inuitante columba?

In foribus flamma ardentes, antèsque superbi
Lucis inaccessæ radiis: in limine primo
Maestas sedet ipsa vomens spectabile nulli
Fronte iubar, longèque foras incendia fundens
Igniuomo rapidum deuoluit pectore flumen:
Ponè latent arcana specu; Sapientia noctem
Obucit, ac caca inuoluit caligine farum;
Oppansaque manu dispensat ad ostia lucem.
Hic Vates tamèn ipsa docet, tenuèsque profundis
Immittens radios tenebris, subluatribus umbris
Instituit monitas per nota crepuscula mentes,
Effingit facies rerum, monimentaque signat

Pectoribus;

I
Contem-
platio
alas flagi-
tat.

Mosis
spelunca
in monte.

Prophe-
tarum il-
lustratio-
nes varia.

334 MOYSES VIATOR.

Pectoribus; siue in somnis ea lumina cernant,
 Sen capiant inira auditas præcordia voces,
 Quæ gerenda procul, presenti in imagine spectent;
 Seu vigilent, ac se lux haud effabilis ulli
 Mentibus infundat mediis, verique figuras
 Imprimat, & claro rerum mysteria formet

Radij lu-
 cis vt cor-
 nua.

Lumine; ne dubitent quod cernunt pandere Vates,
 Nec tantâ pro luce mori: nam cornua sumunt
 Hinc alacres, ac se radiatis frontibus armant,
 Congressique Deo Regum fastigia spernunt.

Moses in
 specu.

His adytis Mosem Deus, hoc absconderat antro
 Optantem æternos vultus sine nube tueri,
 Et spectare palam speciem, quæ visa beatos
 Cœlicolas facit, Empyreum, quæ sola serenat;
 Solâque iactata statio est tutissima menti:

Vt quid enim ferimur ventis? cur voluimur æstu?
 Tempestas nisi nos illuc dextro viraque cursu
 Inuehat, ambiguo tranquilla, aut turbida ponto?

Abditus his ergo Moses in monte fauissis:
 Opperiensque in nocte Deum, mente athera lustrat,
 Ardet inexpletum, & flammato pectore fatur.

2.
 Oratione
 præpara-
 tur ad vi-
 sionem.

Ecquis erit tandem rerum, ô Pulcherrime, finis
 Quærenti, tæque hæc per inania signa sequenti?
 Cur oculos fugis? an sola cognosceris aure,
 Et vocem nil præter habes, nebulamque sonantem?
 Vt taceas, tibi cuncta sonant, te cuncta loquuntur;

Deus ex
 effectis
 cognosci-
 tur.

TE NULLI IGNORARE LICET: sed noscere nulli
 Concessum penitus: semper te querimus extrâ,
 Reptamûsque hebeti tua per vestigia sensu.

Mundo
 vestitus.

Lustrantes, qui te immensum circumsidet orbem,
 Quem Verbo geris, ac tanquam præcinctus amictu,
 Quo te operis: NATVRA TIBI circumdata rerum,
 Hei mihi! inaspectos vultus Authoris obumbrat,

Vt

Vt coniecturis oculos, mentemque fatiget
 Suspicio, semperque rogans cœloque, soloque
 Indicia, optatos studeat componere vultus;
 Et speciem informare animis: sed ubi omnia iunxit
 Signa tui collecta, nihil sub inanibus umbris
 Inuenit: usque adeo maior transcendere gaudes
 Conatus, nostrosque omnes euadere sensus!
 ET MELIVS nouit, qui te ignorare fatetur.
 Te monstrante equidem vidi incunabula mundi;
 Imperio, nuntique tuo venisse sub auras
 E nihilo terrarum orbem, cœlique profunda,
 Inclusumque chaos; nondum nascentibus astris
 Accensam didici Verbi dictamine lucem
 E tenebris, positasque vices discrimine motus
 Lucem inter tenebrasque diem ducentibus horis
 In tenebras, rursusque diem referentibus umbris.
 Hic mihi magna tue spectata potentia dextra.
 Inssisti; inssusque tibi simul adstitit Orbis.
 Nec dubito, quin Omnipotens vis illa perennet,
 Quæ Verbo molita semel, quem sustinet orbem.
 Tum subito informem tractans Sapientia massam
 Admouet incudi, & Verbo molitur eodem
 Innumeras rerum species; maioraque primum
 Membra secans, magnis connectit partibus ingens
 Omnia, quod comprehendit opus; mundumque figurat.
 Semina seminibus miscens concordibus aptat
 Dissidiis, rerumque satus committit amori,
 Atque odiis, regiturque tamen discordia certis
 Legibus, ut nullo fluitent mortalia casu,
 Et causæ nunquam à supremæ nutibus errent:
 Delirant infra interdum, peccantque secunda;
 Non inconsultis splendet sapientia monstris,
 ET MELIVS mundi harmoniam leuis indicat error:

Vix &
gradus ad
notitiam.

Creatio.

Omnipo-
tentia.

Sapientia
in mundi
ornatu.

In lege
certa, &
causarum
nexu.

In mon-
stris.

Iam

336 MOYSES VIATOR.

Bonitas in
varietate
honorum.

Iam bonitas effundit opes; iam prodiga sumptus
In species facit innumeras, queis diuitat omnes
Terrarum, pelagique sinus, liquidosque volantum
Aëris immensi tractus: dulcedine spargit
Et patrij cordis contingit cuncta sapore.

Notitia
Dei ex
creatis la-
boriosa &
longa.

Hæc Bonitas, hæc illa tua Sapientia mentis,
Hoc Deus est, dextraq; tua insuperabile robur;
Inde bonum est, quodcunque sapit: sed sparsa minutim
Colligere, atque istis è guttis cogere summam
Oceani, inque ipsum guttatim adrepere fontem,
Hoc opus, ille labor, cuius me tædia dudum
Exercent, superantque. Veni, pulcherrima tandem

Per illa-
psum fa-
cilis &
plena.

Forma Boni collecta simul; simul influe cordi
Tota meo, immensoque animi decumbe profundo.
Iste tuo patet Oceano sinus; & minor vnda
Quelibet, haud ægras mortali pulvere fauces
Abluerit; contra stillatim incendia pascet,
Ægrescamque siti magis ac magis: ah! nimio æstu
Mens defecta, leui fugit inter verba vapore!

3
Mosis ra-
ptus &
ecstasis.

Talia voluentem votis, placidissimus ignis
Insilit allapsu, sorbetque in pectore mentem,
Corporeosque super sensus rorante fauillâ
Componit visis animam; flamma ipsa quietem
Conciliat, sacrum suadens in amore soporem
Immensa, cum tota Dei complexibus hæsit
In dextrâ, lauâque manu iam erepta sibi mens.
O anime dulces obitus! ô funera Diuum,
Queis licet hoc in amore mori, vel condere vitam!

Somnus
anima.

Visiones
in somno.

Quis memoret, quas hoc facies mens enthea raptu
Aspiciat? seu lapsa volans in tempora retrò,
Seu ventura procul sine temporis alite lapsu
Corripiat spatia, & momenti in acumine figat,

Modus.

Personasque, habitusque, locosque, & verba, notasque?
Omnia

*Omnia stant, seriemque tenent tamen, atque geruntur
Ordine, ceu fluxu sibi succedentia currant.*

Modus
visionum.

*Spectat Edeneo donatos rure colonos,
Sopitumque virum thalamis: exempta potenti
Costa manu: simul eximio formata decore
Fœmineam stetit in speciem; lateri inde Virago
Iuncta redit, thalamique Deo ducta Auspice consors.*

4
Adam in
Paradiso.
Heuæ
formatio.

*Enigilat vir mira tuens arcana soporis,
Agnoscitque olim mortali in corpore Numen
Perfosso latere empturum per funera sponsam;
Hoc erat ille sopor, laterisque hoc vulnus aperti,
Viventum illa parens, eadem pulcherrima virgo.*

*Seditione fremunt cœli, motoque tumultu
Æthereos inter ciues, expulsa superbo
Cum Duce sidereis ceciderunt agmina regnis;
Purgatæ Superum sedes, pax reddita cœlo,
Securique locis Proceres stabili ordine regnant.*

Angelorū
lapsus.
Apoc. 1 20
7.
Beati An-
geli.

*Invidia inuasit terras; iam factio seuit
Deturbata polo, pœnæque superbia crescit.
Insidiis aptus Coluber, cui callida cordi
Invidia, & tristes oculis liuentibus ira*

Tentatio
& lapsus
Adami.
Gen. 3.

*Inde manent. His exuuiis, maculisque superbus
Arboris adrepat trunco, & quæ sola colonis
Interdicta, vafer collaudat gutture poma:*

Heuæ re-
taur.

*Blanditur species oculis; etenim omnia serpens
Mentitur, visus acres, similésque Deorum
Luminibus: iam simplicitas explosa puella,
Iam cupit ire Deas inter, vel prima Dearum.
Iam pomum infelix Colubro suadente momordit,
Iamque virum deiecta quatit, virésque Cerastra
Illecebris inuat ipsa suis: cadit ille, trahitque
Interitu horrendo tota cum stirpe ruinam.*

Lapsus
Adami, &
totius ge-
neris.

*Qualis oliuiferis arbor pulcherrima campis,
Y Arduaque*

338 MOYSES VIATOR.

Simile ab
arbore
auulsa.

Ardua^{que} incuruans congestis brachia baccis,
Spem domino immensam frugum; radicibus altè
Nitentem, & stirpis viuax in sacula lignum
Florentem aggressi, mox totam à stirpibus imis
Auulsère solo, validis assultibus Austri;
Illa iacet, terraque carens, vitæque solutis
In luctum sine honore comis, iam lurida rugæ
Brachia arant, arent siccis ramalia thallis
Spes damnata olei, poma immatura trapetis:
Nec scrobibus stirps ipsa potest ullo aggere reddi,
Aut eadem ad vitam rursus tellure reponi.

Igni de-
stinata.

Ergo infelicem truncum, ramosque securi
Ignibus agricola properant, rapiuntque, feruntque,
Quæ prima posuère manus ab origine stirpem.

5
Iudicium,
& pœna
Adami.

Haud aliter primos pœna insectata parentes,
Cognoscente Deo. Venit ecce cadentibus umbris
Post mediam prono axe diem; adspirantibus auris
Ambulat, & xystis Dominus spatatur opacis,
Direxit quos ipse manu: notat omnibus ira

Deus ad
aurâ am-
bulans.

Argumenta locis altè accusantia fontes:
Attremuère iugis nemora, atque in vallibus omnis
Iudicis aduentu concussa cohorrui arbor.
Heret adhuc trunco Coluber, sparsique veneni

Inuidia
Diaboli.

Consciens, eximio tot in vno funera morsu
Inuidiâ exultante videt, totque inde dolores,
Consiliûmque Dei abruptum, casumque carentem
Regressu; pariter detrusam in Tartara stirpem,

Adam
latitans.

Sic totum periisse genus. Timor abdedit umbris,
Obscœnusque pudor fontes. Vox clara Tonantis
Extrahit è latebris, & coram Iudice sistit;
Assutis ignominiam malè frondibus abdunt;
Arguerant folia ipsa reos: damnantque rapinam.
Coniugis immensum vir frustra obtendit amorem.

Reiicit

Reiicit in Colubrum nequicquam foemina crimen.

*At nihil excusat serpens, cui certa nocendi
Consilia, & sine spe venia insanabile virus.*

FRAVDIBVS haud unquam scelerum Sapiencia cessit:

STAT Bonitas inuicta malo; ne gaudeat anguis
Strage hominum, mox virgineo de sanguine partus,
Qui caput anguinum elidat promittitur ultor.

Audiit inuidia hoc frendens, sensitque ruinas
Sarciri, atque gradu lapsos meliore reponi,
Humanumque Dei Verbo concreescere corpus
Decretum; geminam connecti in Principe formam,
Sicque Deo vinciri hominem, ut sint vnus, & idem.

Interea fontes seuae inclementia mortis
Abripiat; miserè exiliis crudelibus errent:
Pellitòsque fames subigat sudore madentes
Vertere humum rastris, sylvisque exquirere glandem,
Edoctique malis discant exposcere caelo
Promissam sobolem, & votis urgere salutem.

Huc omnes refero impensas, Pater, inquit, & orbem
Hoc sine instaurare placet. Dein omnis in illo
Fabrica consurgat; quaeuis fastigia moles
Hic fundata feret, metuè que hinc nulla ruinam.

Ipse ego demisi LAPIDEM, solidumque locavi
In medio: caelum, ac terras hic sustinet vnus.
Iam mihi stemma domus generoso è sanguine Regum
Digestum est, quos ille retrò, per saecula recurrens
In proavos sobolis splendor de germine nostro
Clarabit; meruit sanctos ea linea Patres.

Confluite huc, gentes; caeli que accedite regno:
HÆC MVNDO SPERANDA SALVS; hæc causa reperte
Libertatis; ab hoc fluit omnis gloria fonte,
Hoc caput est, hoc Principium, curasque secundas
Prima meas inter: repetunt hunc omnia fontem,

Disceptatio iudicij.

Bonitas Dei inuicta.

Salus promissa.

Eiectus Adam ad poenitentiam.

6
Decretum de Incarnatione Filij.

Christus fundamentum. Eius regnum stemma.

Posterius Dei consilium.

340 MOYSES VIATOR.

Excurrere foras quacunq[ue] ab origine primâ.

OMNIA molimur Verbo ; Verbûmq[ue] latenter

Humanos indutum artus huc omnia reddit.

Hoc medium nodo neçtens hominêmq[ue], Deûmq[ue].

HÆC MEA POSTERIOR SPECIES, EA TERGA FIGVRÆ,

Candorem aterna lucis, qua corpore condit.

Hanc tibi iam spectare datur ; nunc excute noctem,

Et vigila, dum te coram mea Gloria transit.

Sic fatuus pepulit leuiter de pectore somnum ;

Non tamen abruptit totum ; lucêmq[ue] fenestris,

Dimidiam immittens sopitum in nocte relinquit

Dimidiâ Vatem : dubitat num somnia mentem

Circumeant visis ; vigilans an singula cernat.

Concinnata notis tamen omnia pectore certis

Accipit, & magno admirans incenditur æstu,

Ardescitq[ue] tuens ; sed non abrumpere verbis

Fas illi seriem rerum, & miscere loquelas,

Attonitûsq[ue] Dei tantis suspenditur orsis,

Consiliisq[ue] stupet magnis. Tum protinus audit

Missum Oratorem Iesseæ ad Virginis ades,

Nazareos intra muros : ex omnibus vna

Illâ placet dilecta Deo, delectâq[ue] tanto

Connubio, illesa quam virginitate parentem

Spiritus efficiat Sanctus, cui Numine obumbret

Ipse suo, & Verbi immensos prætemperet ignes.

O lux Abramidum, spes ô certissima mundi,

Ales ait, cui se toto dat Gratia fonte,

Summarûmq[ue] capax virtutum pectus inundat ;

Fœminei specimen decoris, gratissima cœlo,

Quando adeo tibi se insinuat Deus ille Deûm Rex.

Obstupuit confusa sua ad præconia Virgo,

Purpureûmq[ue] genis traxit turbata colorem :

Vnde metu pulchro forma illustrata reluxit.

Confirmat

Instauratur omnia in Christo. Posteriora Dei, humana Christi species.

7

Exhibetur Mosis species mysterij.

Gabriel ad Virginem MARIAM.

Salutatur ab Angelo.

Turbatur MARIA.

*Confirmat trepidam Iuuenis. Desiste vereri;
Nec versare dolos, nec fucum obtrudere nostrum est.*

Cōfirmat
trepidam
Angelus.

*Non sumus illius socij, qui fraude nitentes,
Indutus scytalæ exuiias felicibus Henam
Illusit campis : notos en aspice cultus,
Consuetosque habitus, atque ora domestica nosce.*

*Ille tuus Custos ego sum, tibi Lucis ab alto
Nuntius immensa, cuius te hac gloria terret.
Te mundi Sator elegit: quam prole parentem
Ipse sua gravidam efficiat; te tanta propago
Supra homines, supra Aligeros, secla ignea, cœtus
Reginam attollet meritis, ut fata capeffas
Humana, & regni consors modereris habenas.*

Nuntiat
mysteriū.

*Ipsa tui ingentem partus mirabere famam:
Davidico ille sedens solio, proauita tenebit
Imperia, & regni fines equabit Olympo.
Auspiciis, quos ille suis, & sanguine fuso
Seruarit: tum verè illis dicetur IESVS.*

*Anxia pro sancto Virgo sic fata pudore,
Velatos deiecta oculos. Mene ima tenentem,
Et famulas inter minimam tanta illa tuetur
Maiestas, meminitque humilem; & tam grandia tollit
Ad decora? ut sobolem ille suam mihi deferat ultrò?
Atque opere in tanto tali det pignore partem?
Sed quo nata modo se se sub luminis auras
Progenies feret illa Patris, qua se inseret aluo?
Nosti etenim illa sum thalamis iurasse pudorem,
Mèque, virumque meum: votis vtrinque sacrata est
Virginitas; manet hac nostris reuerentia tadis.*

MARIAE
vota Vir-
ginitas.

Etiam S.
Ioseph eā
vovit.

*Aliger excepit. Flos intemerate pudoris,
O Domina, attactus nullos hinc finge viriles,
Quos exosa fugis: manet, aternumque manebit
Integritas illa sã thoris: Mundi ille Repertor,*

8
Illibata
Virgini-
tas con-
cepti &
partu.

Y 3 Quem

342 MOYSES VIATOR.

Quem penes est ius omne, carens & sine potestas,
 Natura tibi iura nouat : iam iam omnipotens vis
 Influet, atque uteri arcano se germine cinget
 Insinuans : gnati foeta experiere vigorem.

S. Eliza-
 beithæ
 exemplū.

Argumenta tibi rerum det sanguine iuncta
 Zacharia sterilis coniux, in gloria dudum
 Damnatis sine prole thoris ; nunc illa laborans
 Fert uterum, & sexto cornu, quam Luna fatigat,
 Nonus eam mensis felici pondere soluet,

S. Ioannis
 Baptistæ
 ortus.

Letitia signante diem, qua gaudia fastis
 Innumera indicent flammis solennia gentes ;
 Magnus enim euadet, magnique Anteambulo Regis.
 Thesbitem referet vita & virtutibus ingens,
 Tantum prole tuâ minor : illius oscula plantis
 Ferre volet, ratus indignum vel tangere tanti
 Vincla pedum Regis, manibusque exsoluere pelles ;
 Sed caput Augustum Iordanide proluet unda.

9
 Obūbrat
 MARIAE
 S. Spiri-
 tus.

Talia tractantem Aligerum cum Virgine Moses
 Dum stupet attonitus visis, Iesseida nimbo
 Circunstant pennata acies, & Numen inumbrant
 Alarum obtentu ; charitum nam nube solutâ
 Effundit ter sancta Trias largissima cœli
 Dona super, largumque imis rigat ossibus imbrem
 Virginis expectans nutus ; que certa pudoris
 Et voti ; genua obsequio summissa precatur.

Annuat
 MARIA.

Quenâ ego sum, Pater omnipotens quâ respicit unâ
 Ancillam me me ecce, Dei parere paratam
 Imperiis : LEX VNA MIHI EST TUA, SANCTE, VOLUN-
 TAS.

Ecstasis
 in conce-
 ptu Ver-
 bi.

Hæc simul, & puras inter sine corpore mentes,
 Cœlestumque choros terris excedere visa,
 Inq, ipsa Charitum nebulâ super æthera ferri,
 Sopitam Patris gremio hand effabile Verbum

Accipere

Accipere inscriptum menti, & diffundere venis
 Virgineo inclusum flore, infusumque per artus
 Humanos, quos expoliit puncto Omnipotens ars,
 Spiritus ipse manu casto de sanguine libans
 Quod satis, illaesis prorsus per viscera claustris.
 Illa animum, & sensus omnes sorbetur amore
 Ingenti, atque ingens Numen, iam mater, adorat,
 Miraturque uteri septis complexa Tonantem.
 Ille intus simul in membris mortalibus auram
 Vita hausit, VERBUMQUE Caro se in corpore vidit,
 Pronus adorato cadit intra viscera Patre,
 Maternique uteri ponit penetralibus aram,
 Hoc templo sacra prima litat; seseque Sacerdos
 Immolat, ac pro agris Patri mortalibus offert.
 Tolle, Pater: tolle, inquit, oves; altaribus hircos,
 Taurorumque tuis templis defende cruorem.
 In scelerum veniam nulla ille piacula sanguis
 Hactenus apta dedit; nunc est meliore litandum;
 Quando mihi hanc animam venis salientibus aptas,
 Obsequioque aures promptas, cum corpore singis,
 HOSTIA SVM; tua me poscunt altaria cultris.
 LEGIS enim est hac summa tua, quam pectore gesto
 Inscriptam, de me ut statuatur tua sola voluntas:
 Obsequor, intueorque tuos ante omnia nutus.
 Reddit adoranti Genitor complexus honorem,
 Cœlicolâsque omnes coram procumbere matre
 Regina, Regemque utero, quem gestat adorent,
 Imperat: innumeris mox illi millibus ardent
 Certatim calathis flores euoluere laudum.
 Procumbunt, sparsamque rosis super athera cantu,
 Atque alis tollunt alacres cum prole parentem.
 Fungere se socium Moses sibi visus, & astra
 Ire super, mistumque choris dare carmine laudes.

Mater
Virgo.

MARIAB
uterus tē-
plum.

Christi
sēsus prī-
mus.

IO
Christus
adorat Pa-
trem ex
utero.
Heb. 10.
5.
Pl. 39.7.

Adoratur
ab omni-
bus An-
gelis.
Heb. 1.6.
Copia
gratiarū
in MA-
RIAM.

344 MOYSES VIATOR.

Mosis sē-
sus.

*Jamque salutatum vita sub limina Regem
Expectare, sequique viam, quam protinus ingens
Illa giganteo signavit Gloria passu.*

*Et primus iam passus erat, fluxisse paterno
Ex utero in matris gremium: iamque inde capessit*

I I

Virgo
MARIA
visit S.
Eliza-
beth.

Per stadium mortale viam. Iam iam ardua Chebron

Scanditur, & iam virginea gestatur in aluo,

Qui matrem vehit usque suam; saxosaque Inda

Dorsa petit; capreaque instar per confraga molles

Dat saltus: queis ipse utero salit excitus infans

Zacharides, ut virgineâ de voce salutem

Ioannis
gaudium,
& sancti-
ficatio.

Accepit cum prole parens: prior ille parentem

Admonuit succusso utero, plenusque refudit

Letitiam in matrem, & concha cœlestis amomum.

Fatidica exultant gnatorum munere matres,

Sensaque diuinis miscent ingentia verbis.

I 2

Pax toto
orbe sub
ortum
Christi.

Jam Pax Iustitia concors libata sorori

Oscula pacatis diuisit, & otia terris.

Armorum vacat orbe furor; septa atria Iani

Impediunt vinclis Furias: distillat oliuum

Rupibus, è duris halant manantia mella

Quercubus: ad censum repetunt cunabula gentes,

Vt nascente Deo cœlorum æraria crescant,

Census
mundi, &
capitatio.

Descriptosque polo reuocent natalia ciues.

Bethlemio stabulum ad cunas Regina sub antro

Hospitiis exclusa petit: nec inhospita tellus

Huc illam temerè extrusit. Patris ardua summi

Consilia indixere specum. Deus ecce puella

Emicat ex utero ante pedes; fœnoque volutus

Christi
natiuitas.

Inter adorantes pecudes agnoscitur Infans,

Vagituque patrem & lacrymis, matrèmq; salutat.

O Superùm indictos sensus! ô pectoris ignes

Virginei! quas in lacrymas? qua in verba parentis

Ardet

*Ardet amor? quando athereum post oscula Regem
Inuoluit, gremioque fouens solatur egentem
Blanditus. Iam nectareos in pectore fontes
Expedit, & primos cunctantem inuitat ad haustus.
Insignis mundi Dominum circumstat egestas;
Hanc amat, & primo electam veneratur ab ortu;
Cui cunas umbella super fœnilia pendent,
Et circum telis intendit aranea crates.*

Quo Ma-
ria sensu?

Christi
paupertas
in stabu-
lo.

*Hec aulaa thoris, ea sunt conchylia tectis.
Ipse etiam pannos pueri, & praesepia Moses,
Pauperiemque sequi, contemptaque tangere gestit
Signa manni, spreto letus diademate Memphis,
Et mutasse pedo falsa genitricis honorem.*

Mosis
sensus.

*Protinus atherei nocturno sidere cantus
Pastorum excubias pueri ad cunabula mittunt.
Nec manibus properant vacuis; lectissima caule
Munera dant: pressi portantur cymbia lactis,
Defrutaque, & Psythiis passa de vitibus uue.
Haud ingrata, inopi in stabulo, solatia matri.*

13
Pastores
vocati.

*Heu durum pietatis opus! distringere ferrum
Lex iubet; & paret genitrix, pueroque volenti
Sanguinis eliciunt ancisa pelle parentes
Primitias, libantque Deo; legere cruorem
Aligeri, Sponsaeque genas ea purpura tinxit:
Et tanto erubuit sponderi pignore Virgo:
Abstergit matri lacrymas; pueroque dolorem
Summus honos, quem cum medico defudit oliuo,
Et fragrante ambrâ IESV VENERABILE NOMEN,
Promisitque dies hoc ritu octana salutem.*

Circunci-
sio IESV
pueri.

Sponsa
sanguini-
um, Ec-
clesia.

IESV no-
men.

*Astro stella nouo Nabathæis splendida regnis
Exoritur: coeunt Reges audire loquentem
Vraniam, sidusque Dei natale docentem.
Turbatur Solyma extremo accurrentis ab Euro*

14
Adoratur
à Magis.

346 MOYSES VIATOR.

*Ethiopum strepitu gentis, Dromadumque paratu.
Heu ! sibi praeipere ignorat necdum emula gentes,
Quem dedit Hebraeo terris de stemmate Regem
Expositum mundo, & populos ad sceptrum vocantem.*

Moses ex-
positus,
typus
Christi.

*Sic puerum exposuit quondam Iocabetha fluentis,
Ut meminit Moses, quem flumine regia scirpo
Sustulit innantem coniux, thalamisque recepit
Optatum in stirpem imperij: post ipse reuersus
In patriam implevit magnum genitricis amorem,
Assertosque suos ad regni euexit honores:
Interea gaudent gentes, & munera portant
Exposito, Regemque petunt: regalibus infans
Arridet donis; myrrhamque amplexus utraque
Stillantem dextram, labris admouit amaram,
Absconditque sinu: Matri aurum, alioque remisit
Thura Patri, & blandos oculis spirantibus ignes
Sospitat acceptos; Charitumque remunerat auro,
Ut referant tuta in patriam diuortia Reges.*

15
Virgins
MARIAE
purifica-
tio.

*Iam purgata parens, quanuis non conscia labis;
Sed studio tantum, cui non obnoxia, legis,
Sponte quater denis egit secreta diebus:
Primigenam templa alta vocant cum Virgine pro-
lem.*

*Longa puerperis primis it pompa parentum,
Confususque aras omnis matrum obsidet ordo,
Eminet una humilis, quamuis studiosa latendi
Postremas sequitur gemino cum turture matres.*

IESVS fi-
stitur in
templo.

*Eximiam prodit soboles; micat aurens Infans
In gremio, Solémque sinu gestare videtur
Ardentem blandè, & radiis roseo ore comantem,
Maternosque super spargentem fulgura vultus,
Infuso ceu Luna solet splendescere Phœbo,
Induitur radiis Solisque incedit amictu.*

Concipit

Concipit hinc Numen senior, visisque repente
 Aduolat aduertens Solis surgentis ad ortus;
 Maternoque sinu puerum deposcit in vlnas,
 Ostentatque palam populis, gestansque triumphat
 Gaudio, & Elysium cyneo carmine poscit.

S. Simeon
 puerum
 suscipit.

Nunc, o nunc mitte emeritum, vinculisque volentem

Solue, Pater; quid enim ingratos iam demorer annos,
 Postquam visa mihi tua lux, quam tempore tanto
 Damnata gentes tenebris effulgere poscunt?
 Hec populi lux alma tui est: ea gloria templi,
 O fortunati lapides! o atria plantis
 Trita Dei! iam vile prius, iam ignobile templum,
 Cuncta illic solidum quamuis absconderet aurum.
 Nunc aterna adytis Lux his se infudit apertis.
 Conde sinu, conde, o Genitrix, hanc sedula flammam,
 Et Strygis Aelias olli defende procellas.

Simeonis
 Caicum.

Conspirant; rapiuntque sinu, sparguntque per umbras
 Funesta, heu! noctis tenebris, & turbine caco;
 Extinctamque volent: sed non & Tartara fundo
 Arctabunt, nullique extinguunt lampada fluctus;
 Euincet chaos, & tenebras emersa fugabit.

Posterius
 templum
 nobilius
 priori.

Dicta senis confirmat anus, latamque parentem,
 Et tristem iuxta faciunt Oracula Vatum.

Anna,

Omnibus interea Stygius Draco murmurat hydris,
 Inuidiaque, iraque rubens, si qua arte recentem
 Absorbere queat, quam Virgo puerpera prolem
 Edidit. Infantum caedes vulpina Tyranni
 Ambitio miscere parat, si forte biennes
 Bethlemios inter partus inuoluat aceruo
 Ferali sobolem, quam tot per funera poscit.

16
 Herodis
 Regis in-
 uidia.

Eripe, sponse, fugam, Phariis pete tuta latebris,
 Ales ait, nocturna monens per somnia fidum

Angelus
 Iosephum
 monet.

Custodem;

348 MOYSES VIATOR.

*Custodem; tuta in latebras Ægyptia tellus,
Secretos dabit Hermopolis tibi vallibus hortos,
Manantésque oleo fontes, & nectare silvas.*

Fuga in
Ægyptú.

*Euadunt profugi per amica silentia noctis
Aligero monstrante viam; fragrantia subter
Virgineas tellus summittit gramina plantas,
Et violis præsternit iter: fastigia silvæ
Exulibus prone inclinant, ac pendula gaudent
Contingi manibus poma, & mitescere tactu.*

Dij Ægy-
ptij deic-
di.

*At passim conuulsa Deum simulacra per vrbes;
Per pagos cecidére: stupent ignara colentum
Pectora, nec quantus norunt aduenerit hospes.
Sed mox deinde scient; titulisque insigne superbis
Ægypto statuet mediâ Puer ille trophæum.*

I 7
Reditus
ex Ægy-
pto.
Dira
mors He-
rodus.

*Nunc Pater exilio reuocat. Iustissima tandem
Fregit Idumai fauces vindicta Tyranni,
Extorsitque animam, vino quam longa sepulcro
Torserat in sanie stillante cadauere pœna,
Ut morbis mille extraheret per funera vitam,
Omnibus obsessus Furis; illæ impia torrent
Intestina, ignotásque cient in viscera febres,
Infantumque umbras facibus circum ora volantes
Obtrudunt; anidèque animam expectantia monstrant
Tartara, dum rodunt vermes informe cadauer.*

Arche-
l ús, &
alij Hero-
dis filij.

*Vix melior patre progenies indebita sumpsit
Sceptra manu: mox adueniet deterrimus hæres,
Qui scelera Herodum cumulans vno omnia vincat.
Nazareos petit intereà Iesseæ penates:
Florentis que inter patriæ celestis alumnos
Educat æternum diuino nectare florem.*

Secessus
in Naza-
reth.

*O Domus! ô studia, & solis miranda beatis
Mentibus officia! ô nexæ per mutua curæ!
Abde domo, Genitrix, tot iam insidiantibus abde*

Delicias:

Delicias : tota hæc annis puerilibus ætas
 Sit tua: bis senas hiemes iam vertit Olympus,
 Iamque alias puer in curas se crescere monstrat,
 Insigni pietate micans præuertitur annos.

Templa vocant magno incensum Genitoris amore;
 Euadet custodum oculos; fallétque propinquos.
 Doctorum pluteos inter, Pharisæaque septa
 Hærescit latitans: hîc iam Sapiencia ponit
 Prima rudimenta ad specimen: stupet inscia turba
 Mirantum, quo fonte cadant tam splendida sci-
 ta!

Tam castigata cordata modestia lingua;
 Iudiciûmque adeò præcox! sine ille peritos
 Consulit vt dubitans; nodos seu soluere solers
 Respondet iussus, legisque arcana retexit.
 Flebilis heu! quæ Virgo legas vestigia gnati?
 Nulla patent: consanguineos miseranda penates
 Vestigat, Solymaq; vias scrutata per omnes,
 Itq; reditque, mea, rogitans, ô quisquis amores
 Inuenisti anima, viduam miserare parentem,
 Et mihi redde meum, misera vitamque, decusque.
 Suauior haud illo puer; aut formosior alter;
 Nomine, quam spondet, spirat toto ore salutem.
 Tunc mihi sic, nate, salus? sic te anxia quero?
 En morior, nisi repperiam! tene abstulit alter
 Herodes? an sponte lates? an fortè salutis
 Humana moliris opus, regressus in astra?
 Sic lacrymans delubra petit, questurâque cælo,
 Porticibus cernit longis concurrere turbam
 Doctorum ad cathedras pueri ad responsa stupentum;
 Trésque adeò attonitum Soles herere Senatium
 Mirantem veluti athereis Sapiencia templis
 Delapsa, optarit puerili in pectore sedem.

18

IESVS
 puer in
 templo
 inter Do-
 ctiores.

Amisus
 queritur
 a matre.

Dolor
 Virginis
 MARIAE,
 & quere-
 læ.

Inuenit in
 templo
 IESVM.

Sapiencia
 pueri
 IESV.

Qui

350 MOYSES VIATOR.

Qui genus? unde domo? quinam illi sanguinis ordo?
Felices ô qui talem genuère parentes!

Fortunata sinu tibi, qua dedit vbera paruo;
Diuinamque aluit materno pectore stirpem!

Aduertit mœsta lacrymas genitricis, & ora,
Defectósque metu, & triduanis planctibus artus.

Redit cū
Matre in
Nazareth.

Orsa secat puer, & matrem confessus honore
Accurrit, tristésque adimit solamine curas:

Partitur cum matre decus, mirante coronâ;
Et quamquam genitorem alium sibi sidera supra
His studiis testatur: habet Iesseius Heros

S. Iosephus,
Christi
nutritius.

Egregiam tantâ in famâ, & tanto omine partem
Fortunatus, & ipse pater vel nomine solo,
Quod curis gerit immensis complexus alumnum
Ingentem, manibúsque suis, studioque laborum
Noctes atque dies Custos nutritius implet,
Vxorémque sua dominus cum prole tuetur.

19
S. Iosephi
fortem
beatissimâ
Moses ad-
miratur.

Fortunate Faber, Moses exclamat ab antro,
Admirans, humilémque domum, paruosque penates

Nazareos, si curta tibi tenuis que supellex,
Paucâque vimineis fabrilia corbibus arma

Malleus, & serra arguto stridore recurrens
Lamina, cum cuneis, sociâque dolabra securi,
Vnde tibi labor, & vitâ non deside merces,

Qua parcè prohibenda fames à paupere tecto,
Et retinenda tamen duris in rebus egestas,

S. Ioseph,
Sanctorū
Fortuna-
tissimus
post Ma-
riam.
Iosepho
Patriar-
châ sapiē-

Qua puero, & matri placuit; sed enim tibi duplex
Depositum immensum mundi supremus ab alto
Commisit Genitor, Puerum, Puerique parentem
Iussit ali sudore tuo, & requiescere curis.

O pretium! ô succi ambrosia! ô que lautia Diuūm
Congestâq; dapes populis! quibus horrea mundi

Sic melius IOSEPHE replet, Cœli que reponis

FRVMEN

FRUMENTVM, & DOMINÆ eximiū tutaris honorem, tior, san-
 TE QVOQVE quadriugo vectabit Gloria curru, cior.

Regali insignem scepro, gemmâque decorum
 CANDIDA VIRGINEA CRISPANTEM LILIA DEXTRA.

O! mihi si liceat tractare fabrilia tecum,

Alternoque trabes ferræ decurrere tractu,

Aut teretes nexis tabulas aptare tigillis,

Aut fulcire domos, sarcire labantia tecta;

Sudoresque meos vestro miscere labori,

Vt manibus Puer ille meis, Virgo illa iuuenturæ

Obsequiis, mediastinus promptissimus adsum.

Non ego maluerim, mundi si fabrica poscat,

Sideribus nauare operam, & dare munia stellis,

Aut Cœli immensos fulcire Atlantibus axes,

Quàm famulas præbere manus Pueroque, parentique,

Et tibi summe fabrūm; sibi quem Sapientia iussit

Augustam ædificare domum, septemque columnas

Ingentes opere, & pretio disponere tectis,

Ac super immensam Virtutum attollere molem.

Parce, faber, parce immerito vexare labore

Tam teneros artus, quanuis ita poscat, alumni:

Feruorem moderare animi, tantoque iuuenta

Ardori da freno, pater, da mollia iussa;

Ah! puer est, idemque Deus, Dominusque: quid
 vrges,

O puer? obsequiis quid te ingeris importunus?

Quid video? vectantem humeris immania ligna?

Versantemque trabes, quasi iam proludere certes

Cum tanto sudore cruci? quorsum illa securi

Arida ligna sonant tanto disiecta fragore?

Hæcine sunt infrugiferis dira omina siluis,

Quas nulla agricola inuit manus, & vocat ignis?

Interea Virgo nocturnam ad lampada perstat

Quantæ
 deliciae S.
 Iosephi?

Ex con-
 uinctu
 Christi &
 MARIAE.

Ædifica-
 uit do-
 mum Sa-
 pientia.

Labores
 pueri Iesu
 fabriles.

Molitur
 sibi cru-
 cem ad-
 huc puer.

Sedulitas
 Virginiis
 MARIAE.

Pectine

352 MOYSES VIATOR.

*Pectine percurrens lanas, aut stamina fuso
Producit, vel trita suis velamina sarcit*

Paupertatis amor.

Moses
Crucem
Christi
ambit.

*Pauperiem studiosa colens: mihi vilia scruta,
O Mater! mihi detritas da, Diva, lacernas,*

*His liceat Mosem ad pompam procedere signis,
Et famulum hoc Circo Domini iactare colores.*

HÆC PRECOR, hoc mundi vincat tua factio cursu.

20
Christus
30. anno-
rum ba-
ptizatur.

*Talia voluebat Vates suauissima lustrans
Nazarea secreta Casæ; cuperetque morari*

*Delicias adeò dulces, & singula visu
Explorare diu insistens; sed feruida Solis
It rota, præcipiti deuoluens secula curru.*

*Iam ter dena Deo à natalibus appetit ætas,
Postquam illi fluxo placitum sub tempore labi
Mortales induto artus: tum visus ad vndas*

S. Iose-
phus iam
tum vita
functus.

*Iordanis properare, domo cum Matre relictâ,
Heu! viduâ cum matre domo: nam coniuge vitâ*

*Defuncto, Elysiis aberat spes altera campis,
Altera restabat tectis in sospite gnato.*

*Vita illi conuictus erat presentis: at ille
Sanguinis abrumpit nexus; viduâque parentem*

Christi
paupertas
sine fo-
nes, & ni-
do.

*Magnanimus saluere iubet: neque possidet ullos
Deinde Lares, ullâmqve specum; iam vulpibus ipsis*

*Pauperior, nidôque carens, quem nulla volucrum
Non habet: excussus propriis iam cespite nullo*

Acclinat caput extorris, nisi prorsus ut hospes.

Quid, Præco, frustra officiis cum Principe certas?

Ioannes
iam ba-
ptizatus à
Christo in
vtero.

*Tèque rogas tingi potius? iam te ille perunxit
Stantem vtero, & pridem lotum curauit Aliptes.*

Obsequere, & mersum lymphis perfunde volentem.

Cœlis
apertis
stillant
Gratiæ.

*NAM FLUVIOS, fontésque lauat: descendit in vndas,
Eluat ut mundi facinus: vix contigit amnem,*

Iam Charitum fluxere polis vorantibus imbres,

In

In fluvium totis sudant opobalsama ripis.

Panduntur Cœli portæ; tonat aurea nubes:

Lustratum niveis volucrum placidissima pennis

Visa caput super adsistens gestire columba.

Quis te adeo pugilem deserta per ania præcepit

Spiritus intus agit duras tentare palastras?

Non satis illa domi tibi visa exercita Virtus;

Pauperie, & tantis luctata laboribus ætas,

Cui senis callum obduxit patientia lustris?

Heu! ieiuna placet saxi elidere membra,

Versantemque feras inter, diuoque sub axe

Ducta quater series denum quam longa dierum

Indignam tolerare famem, & pallentia nullo

Solari prorsus vigilem ieiunia pastu!

Ingemuit visu Moses, sed frigidus horror

Compressit subito gemitus. Acherusius hostis

Canitie abscondit colubros, rugasque seniles

Mentitus vultu Phariseo, atque aspera collo

Pallia demittens, duri stat ut incola saxi.

Cornicansque aliquid secum; tum sidera crebro

Suspiciens nigris visus procedere sylvis,

Coniectansque ex ore famem; ieiunia suadet

Solvere, & in Cererem silices mutare iubendo.

Quid te, inquit, Iuvenum confidentissime, vexas

Vsque adeo, & Mosis magnos æquare labores

Affectas ieiunus? & hæc per lustra ferarum?

Sit satis hoc; quamquam non est sine Numine Divum,

Ut reor, iste labor. Deus his si te asserit actis,

Dignaturque suam tanto hoc certamine prolem,

Mortalis quo victa tibi est natura, probare,

Nunc age confusus meritis, patrium exere robur:

Dic abeant lapides isti in Cerealia liba;

His solare famem: neque te excruciaueris ultra.

Z Triticea,

Columba
S. Spiritus.

21
Christus
petit solitudinem.

Ieiunat
40. diebus.

Tentatur
à Diabolo.

Tentatoris
schemata.

22
Prima petitio
tentatoris.

Lapides
in panes
vertendi.

354 MOYSES VIATOR.

*Triticeæ nil frugis eget diuina potestas,
Christus ait, qua vitam hominum tueatur alendo:*

Refellit-
tur.

QVO VITAM dedit ille, potest & pascere VERBO.

Secunda
tentatio.

*Fulgure Verborum tanto sibi callidus Anguis
Non sentit configi oculos; diffidere censet,*

*Ne tantum pertentet opus: nihil amplius illum
Supra hominem credens, simulatas induit alas,*

Ac velut æthereæ lucis sese Angelus infert,

Abreptumque super templi fastigia sistit

Supremis positum pinnis, unde omnis ab alto

Super
pinnas
templi ad
caelum.

Despicitur Solyma, horrendaque voragine Mello.

Hortatur. Tibi si Pater est Deus ille Deorum,

Tæque adeo austeros syluis insistere calles

Approbat, hinc, age, te saltu demitte per auras

Ima petens; aderunt celeres hinc inde ministri

Alipedes missi arce Patris, qui mollia fidis

Officia exhibeant manibus, tibi ne vlla cadenti

Saxa terant plantas; sic sacra oracula spondent,

Sic Pater æthereis de te mandauit Ephebis.

At pugil hac contra primo iam puluere victor,

Dissimulat Furia indignos agnoscere vultus:

Respuitur
temerita-
tis confi-
lium.

Ac veluti pavitans torquet, paucisque fatigat

Ambiguum dictis Eadem me oracula terrent

Sacra, inquit; tentare vetant Dominumque, Deumque.

Nil opus est cadere hinc, & iter quasisse ruinâ,

Cum facilis pateat cochleis descensus ad ima,

Aligerum parco officiis, neque munia frustra

Implorem, aut gratis tanta hæc miracula poscam.

23

Tertia
tentatio
audacior
iam Sata-
na.

His hosti iam visus homo de sanguine tantum

Mortali: nihil Æterni de germine Patris

Ferre animis humilis timor, atque modestia suadent,

Mentiturque sibi serpens interprete fastu.

Ergo indignatus iam tantum impendere fuci,

Quarentem

Quarentem ex alto solitis descendere scalis
 Aggreditur, raptumque procul super ardua montis
 Dorsa, supra Æolios flatus, ac nubila transfert.
 Hinc mundi ostentat pompam, periturâque regna
 Fingit imaginibus falsis, cogitque sub vnos
 Obtutus strepitum immensum, & molimina rerum
 Insana, & populos Regum ambitione furentes.
 Dat tanta exiguus vapor in ludibria spumas,
 Et specie tam vana oculis illudere sperans
 Adstat, & effulgens simulato lumine fatur.

Quenam pauperies his sordibus ultima fœdat
 Pannosum, ignotumque domo: at meliore beari
 Fortunâ dignum, ac celebri inclarescere fama?
 Et facile est tam degeneres tibi demere cultus;
 Me tantum venerare cadens, & pronus adora;
 Iam merces tibi mundus erit: namque omnia regna
 Hec mea sunt: cui mihi placitum transcribere sceptrâ,
 Arbitrij est, iurisque mei: te protinus omni
 Imponam Dominum mundo, si hæc cernuus audis.

Victor ad hæc dudum placido consistere vultu
 Impatiens. Hinc eripe te, deterrime serpens,
 CEDE RETRO, SATANA, in tenebras, atque exue lucem:
 Mene caput Legis primum ignorare iubebis?
 VNICVS EST DEVS; hunc unum venerabere cultu,
 Quem iubet; ille habeat solus quos poscis honores.

Vix ea, cum Serpens tetrus iacet obsitus umbris,
 Precipit atque intra cecam vanescere noctem.
 Sed tamen ipse prius victorem reddere campo
 Cogitur, unde tulit; tum vellere dentibus atris
 Ante pedes hosti victus, quam porrigat herbam.
 Aligeri longè aethereo explosere theatro
 Irrisum; properantque epulas è corbibus aureis,
 Et Dominum hortantur positis accumbere mensis:

Z 2

Dant

Christus
 portatur
 in montē
 procul.

Mundi
 regna va-
 ria.

Superbia
 extrema
 Diaboli
 latrâ
 petentis.

Reiicitur
 vt agnitus
 manife-
 ste.

Fugatur
 Diabolus.

An repor-
 tare iussus
 Christum

356 MOYSES VIATOR.

Angeli
ministrāt
Christo.

Dant pedibus lymphas, & odora sindone siccant,
Egregioque artus perfusos pulvere tergent.
Tum liquidi largè conchis funduntur odores
In caput; illi imas vestis labuntur ad oras,
Sidereo totum ut corpus foueatur oliuo.

24
Alia Chri-
sti acta
ostensa
Mosi.

His visus Iuuenum officiis se se addere Moses,
Et diuina legens facili spectacula visu
Gratatur, lustratque oculis vestigia Christi
Omnia, que versu longum meminisse Camœnis,
Nec Musa mortalis opus: Deus omnia magno

Etiā pu-
gnas cum
Antichri-
sto.

Ostendit Vati, supremâque sacula mundo,
Et coniuratis odiis surgentia bella
In Sanctos, Christi que, Erebo insuperabile, regnum.
Maieſtas, nempe, illa Dei est velamine nubis

Dei in
Christo
maieſtas.

Abdita, cui facies intus, splendorque paternæ
Lucis inest, ac tantum oculis visenda beatis
Gloria: mortales velant extrinsecus artus,
Posteriorque hominis forma adiacet insita Verbo:
Hac postica Dei species, tolerabile lumen,

In nube
fidei agno-
scitur.

Humanis que refractum oculis, ubi dextra fauentis
Ipsa Patris Fidei obtendit super ostia nubem:
Nam neque Maieſtas induti corpore Verbi,
Nec species immensa operum, neque gloria regni
Spectari sine nube potest, umbrâque fideli,
Quam dextra facit ipse Pater, qui Lucis origo,
Quam manibus premit, ut placitum, manibusque re-
laxat.

25
Dei in
Christo
gloria af-
fusa lu-
ce Mosi
ostensa.

Ergo ubi mortalis vita cursum, atque labores,
Ærumnasque sui gnati in caligine cryptæ
Monstravit Vati Genitor; dimouit ab antri
Ore manum, lucemque cauis immisit apertis.
Protinus illa Hominis facies, artusque caduci
Emisere in bar membris: nitidissimus ore

Sol

Sol salit, ipsa velut Lucis prorumpat origo,
 Ac secum radios omnes, & fulgura fundat.
 Luce nonâ latet alta dies: Titania lampas
 Obruitur, flammæq; cadunt cum Sole minores.
 Traiciunt radij vestes, niuib;que nitenti
 Sole coloratis Regis velamina reddunt
 Candidiora; meram in lucem mutantur amictus,
 Et Moses bibit ipse jubar, patiensque tueri
 Regis in ardentem vibranti fulgure vultus,
 Temporibus geminas concepit sidere flammâs,
 Emisitque duos, ceu cornua, fronte pyropos,
 Ingentes, longè radios, Solémque vomentes:
 Lux animi interior vivis radicibus illos
 Alligat, internòque ignes ut fomite servat,
 Et cum luce Dei aternâ commercia pascunt.
 His Moses auctus radiis splendentia longè
 Prætereunte Deo sequitur cum nomine terga
 Exclamans; docet ipse Deus sua nomina Vatem.

OMNE BONVM! DEVS; OMNE BONVM: quid enim
 ampliùs extrâ?

Hoc opus, hæc patrij summa est miseratio cordis;
 O Clemens! Veraxque Sator ter maxime mundi,
 O Patiens! quem nulla hominum vafania possit
 Irritare! tuene hæc igitur miracula dextræ?
 Post tantas scelerum sordes, quibus horrida mundum
 Colluuijs dudum meritò immiserabilem inundat?
 Hæc inuenta tua mentis, patriæq; Pronœ
 Consilia? Ut coeant summa indulgentia, summa
 Iustitia, aterni concordæ fœdere vincli?
 Illo omnes inimicitia, scelerumque reatus
 Diffugiunt: nam te coram sine crimine nemo
 Apparet Christi meritorum & Sanguinis expers.
 Illo autem nullos reputas tibi Vindice fontes,

Christi
 gloriosum
 Corpus.

Moses ra-
 dios con-
 cipit &
 cornua,

26
 Oratio
 Mosi
 transeûte
 gloria Dei,
 Exod. 34.
 6,

Incarna-
 tio Verbi,
 summa
 miseri-
 cordia.

Z 3

Quo

358 MOYSES VIATOR.

Quo mundum tibi concilias, quem fundis in omnes
 Etatum, generumque gradus, & secula, causam,
 Authoremque data miseris, formamque salutis.
 Tunc hominum genus hæc per tanta impendia seruas?
 Quemque potes nutu reparare, ut condere Verbo,
 Hoc pretio redimas tua tot per vulnera mundum?
 Te sequor, o vita lumen, vitæq; Repertor:
 At tu sterne viam cecis, & dirige ductor,
 Nullaque te auertant nostris fastidia noxis.

27
 Placatus intuitu
 sui Deus
 & Christi,
 dat veniam
 populo.

Pronus humi, & supplex orabat talia Vates.
 At Deus erectum renouato fœdere firmat.
 Vade, ait, & populo lacrymas, mœstumque timorem
 Eripe: do veniam immeritis: sed viscera flectant
 Me mea: de me ipso ducit Clementia causas,
 Erexitque mihi, qua sum placabilis, aram:

Auxilium
 spondet.
 Exod. 34.
 10.

Iam me conciliat sanguis meus: in noua fœdus
 Prodigia instaurare iuuat: faciam ipse, quod omnes
 Attonita atates stupeant: bella ipse laceffam
 Ante acies tua signa ferens, septemque superbas
 Sedibus eiiciam vacuâ Chananeide gentes.
 Ifacida aduertant oculos, mirentur & ipsi
 Non disiecta suis tot, tantæque mœnia telis:
 Tot coram casus acies, fusosque tot hostes,
 Possessasque sibi nullo certamine terras.
 At memores pactis mancant, mandatæque seruent
 Solliciti, legemque ferant cernicibus equis.

Fœdera
 cum gen-
 tibus pro-
 hibita.

Euerten-
 da idola.

Edico repetens; vobiscum nulla nefanda
 Fœdera sint genti, nullo commercia ritu:
 Neu miscete genus thalamis, neu iungite tædas,
 Ne scelerum socios ea vos contagia perdant,
 Effodiântque oculos sudibus, rapiântque ruina.
 At vos templa Deum, simulacræque inania, & aras
 Eruite, ac supra casos incendite lucos.

Obseruare

Obseruate meo monstratos fœdere cultus:
 Tum manibus mea vos videant donaria plenis
 Ad festos properare dies totâ undique terrâ
 Securos; vigil interea tutabitur urbes,
 Desertasque domos Pietas, & fœnore magno
 Restituet campis libatas in sacra fruges,
 Cultoresque suos donis largissima vincet.

Sic fatus tradit tabulas, iteratâque saxo
 Iura, manûque sacros apices in murice sculpsit.
 Verbo vno restaurat opus: se sensit inuri
 Pagina marmoreis dicto simul utraque venis.
 Ire iubet; mandatque sacri tentoria templi:
 Concinnatam animo memori sub pectore viam
 Exemplo refricat speciem, spondetque sagacis
 Vriada ingenium, quem iam penetrabilibus imis
 Admissum eximias Sapiencia ducat ad artes,
 Oliabûmque parem studiis, queis protinus ingens
 Artificum accessura manus, solertibus omnes
 Instincti à cœlo stimulis, faciliq; Minerva;

Iamque propinquantem castris, tabulasque feren-
 tem

Vt vidère, quibus cecidit custodia sorte
 Ad portas, fugère metu valloque relicto
 Fulguribus velut afflati sine voce ruentes,
 Aut latebras petière canis; aut corpora lapsu
 Ad terram strauère humiles: ceu fortè sereno,
 Cùm tonuit lenum cœlo, & sine nubibus ignes
 Excurrère die medio, stupet inscia turba
 Pastorum, trepidansque canis se rupibus abdit.
 Aut tennes pingui si quando vligine flamma
 Littoreis arsère locis; intèrve sepulcra
 Accensa micuère faces iactantibus auris,
 Promouère gradum, simulacraque fulgida visu

L 4

Turbanère

Religio-
 nis cura
 diebus fe-
 stis.

28

Nouis ta-
 bulis
 scripta
 lex.

Cura ta-
 bernaculi
 fabricandi.

29

Moses ra-
 diato vul-
 tu non
 cognosci-
 tur à suis.

Simile à
 Castorum
 flammis.

360 MOYSES VIATOR.

Turbauère animos, pallent per transtra sinistra
Tyndaride, & tristes horrent vada naufraga nauta:

Oebaliis tamen haud durum iubar emicat astris.

Haud aliter vigilum expauit custodia Vatem
Cornigerum, & radios lunata fronte vibrantem.

Aron ipse
timet ra-
diatam
frontem.

Perculsi Proceres, atque ipse exterritus Aron;

Aduenisse rati è Geniis flammantibus vnum;

Deiecère solo vultus, trepidique resistunt,

Mossem causa latet; neque enim duo sidera sentit

Fronte novos iaculata ignes inferre timorem

30

In populum; ut mentes legum reuerentia flectat,

Perspicuoque sciant afflari Numine Vatem.

Honora-
tus a Deo
Moses ra-
diis lucis,
quare.

Sic illum produxit Honor. Deus ipse perenni

Luce animum, pectusque fouens hunc imprimi. arcum

Temporibus, Numenque suum toto ore coruscat.

Ipsè suum solus Moses ignorat honorem.

Numa
vanitas.

Non sic Aegeria simulata umbracula Nymphae,

Fictaque nocturnis legum mysteria syluis

Produxère Numam Parribus, populoque Quiritum,

Extractas, quibus ille feras syluestribus antris,

Martigenasque truces clauso exarmaret Assylo.

Lycurgus
à Pythia
laudatus.

Sed neque Phoemonoe tantum testata Lycurgum

Spartanis, licet in venas se totus Apollo

Truderet, ac pleno praconia funderet antro,

Pythago-
rae aqui-
la.

Pythia Spartanas vocitans oracula leges.

Nec tantum mirata Croton effata renati

Aethalida Sami, quanquam Iouis alite doctus

Admonisse Deum dictis caelestibus aures

Fingeret, ingenti mera vendens somnia plausu.

Conditio-
res legum
diuini ho-
mines ha-
biti.

D I V I N O se quippe satum fert edita Virtus

Cum Sophiâ: utriusque genus Deus asserit author,

Maiorésque modo humano studuère videri,

Qui sese illarum populis sinxère magistros,

Mentiri que

*Mentiri que illis placuit commercia cæli,
 Aut simulare Deos: sed eis tam euanida iura,
 Quam simulata artes, vacuòque in pectore virtus.
 Ergo & Diæteo Minos iam nullus in antro:
 Nec Zorastræi fulgent iam sideris ignes:
 Nec iam ullus Phariis Hermes ter Maximus aris.
 At diuina vigent Mosei sidera vultus,
 Spectanturque oculis vera miracula lucis,
 Quantum contra hebetes possunt intendere visus,
 Quantum non hebetes: Lycas, luscòsque renuncunt;
 Aternumque iubar Veri tot fulgetra produnt.
 Nec super obtenta impediunt velamina vultus,
 Ne videat gemina astra Fides: neque carbasus obstat
 Christicolis: figunt aquila trans nubis amictus
 Firmam aciem, quos alma Fides albugine soluit.
 Hebrais spisso torpent glaucomate visus,
 Hactenus, ut nullo penetrent velamina sensu.
 Postquam igitur moniti Proceres posuere timorem,
 Et lucem didicere pati tantisper amicam,
 Agnitus alloquio Moses sic pectora firmat:
 Turba solo fixos oculos intenta tenebat,
 Auertens stupidos radiatà ab imagine visus.
 Quam dudum expetimus lacrymis à Numine
 pacem,
 Sancitam, stabilèmq; fero: iam vertite planctus
 In plausum, gratèsque Deo: squalentia fas est
 Soluere corda metu, Pacis redeunte sereno.
 En alia vobis tabula; sed fœdus eâdem,
 Qua prius inscriptum dextrâ; sed blandior ignis
 Adfuit, vnde meo splendor, qui fulgurat ore:
 Ne trepidate oculis oblatam admittere lucem
 Fœderis, hæc vobis renouati gloria pignus,
 Placatoque Deo cum fœnore reddita genti*

Proditæ
 vanitas
 Minois,
 Zoroa-
 stris, Mer-
 curij.

Lux Mo-
 sis stabi-
 lis.

Fides vi-
 det etiam
 per vela-
 men.

Hebrai
 noctuæ.

31
 Agnosci-
 tur tandè
 Moses.

Pax red-
 dita à
 Deo.

Z s Gratia;

362 MOYSES VIATOR.

Gratia; deducet nostras Deus ipse catervas,
 Ut prius, & fusos immittet signa per hostes.

Haecenus ille manu molli proludere visus
 Confudit Pharias acies, Amaleciâque arma,

Noui fa-
 uores pro-
 missi.

At deinceps caelum, ac terras, pelagusque mouebit
 Bellipotens, vimque immensam, totosque lacertos
 Exeret, ut patriis victores inferat astris.

Vos tantum seruate fidem, sanctisque manete
 Obsequiis, confecta Fides dabit omnia vobis;

Ad decus omne viam Fidei lex addita sternet.

Inuitat
 liberali-
 tatem in
 opus tē-
 pli.

Quando igitur Deus his sedem sibi ponere castris
 Dignatur, fierique manu tentoria mandat,

Materies sit digna domo; formam ipse, modumque
 Descripsit, dabit ingenium ipse, & suggeret artes:

Materiam vos, atque manus conferte volentes.

Quae do-
 na offerē-
 da.

Qui gemmas, qui vestis habent, variisque metalli
 Munera, primitias spoliorum, electaque praeda

Vasa Canopea, & victa Gebalitidos ostrum,

Qui pelles sandice rubras, qui Settina ligna,

Et carie intactas Libani de vertice sylvas,

Festinate alacres sancti in donaria templi,

Nec vos impietas infandis viderit aris

Si in Vi-
 tulū pro-
 digi, qui
 in Deum?

Larga adeo insanire manu, prodiret ut Apis

Aureus, vxorum detracto è crinibus auro,

Restrictos modo Relligio sanctissima cernat.

Compensate ignominiam: purgate rapinas,

Aegyptique nefas largis absolute votis.

SIC TANTVM MAMMONA inuat, si ritè sacratur,

Aeternumque pios caelo transfertur in usus.

Non timet hic Gryphes, neque scabra arugine pallet.

32
 Assensus
 laetantis
 populi.

Talibus hortantem lato clamore sequuti

Dant plausus, spissisque procul duplicata coronis

Effundunt animos populi, gratésque frequentant

Gaudia;

Gaudia; percussi resonant gaudia montes,
 Et Grates Sineæ sonant letissima saxa.
 Mirantur speciem insuetam, radiosque fluentes
 Ore Ducis, cuperentque oculis patientibus ardens
 Ferre iubar, contraque nouum contendere Solem
 Lumina; sed terrenam aciem tam splendida tela
 Obtundunt, nimirumque hebetantur lumine visus.
 Ergo ubi diuinam Vates è marmore legem
 Dissertit, ritusque sacros ceu cortice clausit,
 Nubibus inuoluens radios, & lumen opacans,
 Vt cupidas magis alliciant sacra symbola mentes,
 Summoueantque oculos vela interiecta profanos,
 Ac manibus tantum liqueant mysteria puris,
 Carbascina Moses obnubit sindone vultus,
 Offusumque iubar radiate frontis inumbrat;
 Et quoties populo ac Patribus diuina vocatis
 Verba facit, vel iura foro ciuilia tractat,
 Non nisi pratento fronti velamine fatur.
 Sic hebetes oculi Isacidum, sic mollia poscunt
 Pectora, quæ puram nequeant assuescere lucem:
 At cum se se Adytis Vates cœlestibus infert,
 Adstititque Deo supplex velamina longè
 Proiicit, ac nudo immensam hand explebilis ore
 Lucem haurit, viuisque faces ardoribus anget.
 Seraphicæ ardescunt facies, Cherubinæque circum
 Ora micant, plausu resonant delubra volantum
 Alarum, tremulisque undant tentoria velis:
 Et Vatem vox missa monet. Quòd gloria vultus
 Sic modò sit velanda tui, quòd lucis alumni
 Sic caligantes oculos à luce reflectant
 Isacida, desiste queri; satis ista penetrant
 Vela faces, ac se radij trans sippara fundunt:
 Agnoscent adeò Gentes, alienaque vultus

Lege ex-
 plicata
 Moses ve-
 lat faciẽ.
 Exod. 34.
 33.
 2. Cor. 3.
 13.

Ponit ve-
 lamẽ a-
 gens cum
 Deo.

33
 Mysteriũ
 velatũ fa-
 ciei Mo-
 sis.

Pagna

364 MOYSES VIATOR.

Cæcitas
Iudæo-
rum.

*Regna tuos : lucem in mediis mirabitur umbris
Posteritas ; tuâque hac oculis velamina castis
Excutiens Solem inueniet , patiênsque tueri
Figet in aduersos radios ECCLESIA visus.
Et tecum speculata meos in imagine vultus*

2. ad Co-
rint. 3. 13.

*Transfusam speciem radiis ab origine lucis
Accipiet ; iubare externam formabit eodem
SPIRITVS effigiem, vitâque in viscera condet,
Humanôque Dei viuent in pectore vultus ;
Gloriâque ingentes factis diuina beabit,
Cum sacra se scisso pandent penetrabilia velo.
Interea cæci Isacida, profugique ferentur
Sedibus, & solo tolerabunt cortice vitam,
Vitam infelicem ! dederit queis LITERA MORTEM
Frustratis animæ nucleo, vitæq; medulla.*

Venturi
ad fidem
Iudæi.

*Tu quoque, sed serò, tandem velamina tolles
Isacidis, clarôque palam spectabere vultu.
Sera gement cæci ; & tenebrarum, in luce, pudebit.
Fatalis sic ipse Deus presagia veli,
Quod Moses hodiêque gerit super ora, docebat :
Munera certatim Isacida in Delubra parabant.*

LIBRI